



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

De distinctione mali à bono. disput. vnica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

ARTICVLVS VIII.

Vtrum creatio admisceatur in operibus naturae, & artis.

**H**ec quæstio, ut hoc loco D. Thomas ait, excitat propter errores varios, qui fuerunt circa productionem formarum. Qui-

dam enim dixerunt, formas præexistere in materia actu ante generationem eorum, qua ex eis & materia constant, sed in materia latere, per generationem vero, nec produci, nec comproduci ab agentibus, sed solum ex ratione educi de materia quia agentia naturalia efficiunt, ut foras prodeant & apparent.

Alij vero dixerunt, formas produci quidem de nouo dum res generantur, sed non ab agentibus naturalibus, sed à quadam agente separato, à quo de nihilo, independenterque à materia producuntur, atque adeò creantur. Luxa horum ergo errorem dicendum est, in omni opere naturæ, quo aliquid generatur admisceri creationem.

Veritas autem est, nullam formam, præter animam rationalem, produci ab agente separato, independenterque à materia, sed omnem prius comproduci ab agente naturali ad productionem rei substantialis, qua generatur ut quod. Atque adeò in sola generatione hominis admisceri creationem animæ rationalis, non vero in aliarum rerum, tam naturalium, quam artificialium productione.

QVÆSTIO XLVI.

De principio durationis rerum  
creatarum.

**D**E hac re copiosè diximus octauo Physico-

QVÆSTIO XLVII.

De rerum distinctione in communi.

**N**tribus articulis huius questionis ostendit Diuus Thomas, multitudinis, ordinis, ac distinctionis rerum, ex quibus vniuersum hoc constat. Deum esse autem, & causam primam. Quod est de fide, ut ex principio Genesios, & ex plerisque aliis Scripturæ locis constat. Itēmque esse tantum unum mundum. De qua re diximus primo de cœlo. Asserere autem plures esse mundos, temerarium, inò & periculorum est: quippe cum Scriptura sanctæ non solum de mundo loquuntur, ut de uno tantum, sed etiam multa in illis repellantur, quæ supponere videntur unum tantum esse mundum, ut cum in eis assirerit Christus omnium hominum redemptor, &c.

QVÆSTIO XLVIII.

De rerum distinctione in particulari,  
*De distinctione mali à bono.*

DISPUTATIO VNICA.

**R**EVI hac disputatione quæstionem hanc totam absolutam, èd quod, quæ circa eam dici poterant, magna ex parte dicta sint quæst. s. quædam vero alia com-

Molina in D.Thom.

A modius 1. 2. dicenda sint. Supponenda vero est triplex illa acceptio boni, quam q. s. explicauimus, nempe trancendentis, moralis, & boni, quod obiectum est voluntatis, significatque idem quod conueniens. Item triplex illa acceptio mali, tripli acceptio boni respondens, ibidemque explicata.

Triplex boni  
acceptio.

Malum trancendens, ut ibi ostendimus, est priuatio entitatis debitæ in esse. Et quia priuatio est carentia in subiecto apto ad habendam rem, qua dicitur carere, malum omne trancendens semper est in bono aliquo tamquam in subiecto: ut cœcitas in oculo, tenebrae in aere, &c.

Malum trā-  
scendens  
quid.

B Hinc primò sequitur. Sicut datur bonum trancendens, quod nihil mali habeat adiunctum, nempe Deus, non ita dati malum trancendens, quod non sit coniunctum cum bono aliquo trancendente: quippe cum malum omne trancendens semper sit in subiecto carente entitate debita sibi in esse, quod quidem subiectum bonum est ut dici solet, trancendentaliter. Dixi, malum trancendens, quoniam malum, quod obiectum est voluntatis quod nolitionem, nempe disconueniens, esse potest mera negatio, ut non esse omnino hominis, aut Angeli, malum est homini, aut Angelo, hoc est, disconueniens, si in se spectetur, dignumque quod voluntate respicitur.

Non dari  
malum trā-  
scendens quod  
non sit cum  
bono aliquo  
coniunctum.

C Sequitur secundò. Quamvis malo trancendenti priuari opponatur bonum illud, cuius est priuatio, non tamen opponi bonum subiecti in quo est. Ut licet cœcitatè opponatur priuatiè bonitas trancendens facultatis videndi, cuius est priuatio, non tamen opponitur bonitas oculi, cui cœcitas ineft.

Malo trā-  
scendegit  
quod bonum  
opponatur.

Sequitur tertio. Non quemadmodum cuicunque malo trancendenti opponitur bonum aliquod trancendens, ita cuicunque bono trancendenti opponi posse malum aliquod trancendens. Quæ namque bona corrumpi nequeunt, expellive ab aliquo subiecto, ea habere nequeunt malum trancendens sibi oppositum. Cuiusmodi sunt, Deus, materia prima, Angelus, forma substantialis cœli, &c. Licet enim horum aliqua esse possit subiectum mali trancendens, ut materia priuationis multarum formarum, partes cœli priuationis lucis debita inesse, ut patet quando luna eclipsatur, ipsis tamen, quod suas proprias substantias, nullum malum trancendens potest opponi. Et cum Deus neque subiectum esse possit cuicunque mali, tam trancendens, quam moralis, sit, ut sit bonum cui nullum malum potest esse permixtum. Ex iis ulteriis constat, non tam latè patere malum trancendens, quam bonum trancendens, quippe cum nullum sit malum trancendens, cui non respondeat bonum trancendens ipsi oppositum, è contrario vero multa sint bona trancendentia, quæ non habeant malum oppositum.

E Illud etiam notandum est cum Diu Thoma articulo 4. Cum malum trancendens formaliter dicat priuationem, non dici vero, quod bonum sibi oppositum corrumpat efficienter, sed formaliter modo quo dicimus candorem efficere papyrus candidam. Id vero, quod idcirco malum dicitur, quod causa sit mali trancendens, dicitur efficienter corrumpere bonum, ut calor efficienter corrumpit frigiditatem aquæ, atque ita efficit priuationem illius, quæ est malum aquæ.

Circa divisionem illam articuli quinti, mali in malum culpa, & malum pœna, adverte: Malum cul-  
pa & malum moraliter conuerit: malum vero pœna, ac de-  
fectus natu-  
rae.

Y y culpe.

# Disput. vnica.

Causa autem formalis est ipsa malitia, qua est quoddam ens rationis. Dicitur autem causa eo pa-

*Formalis qd  
ens rationis.*

*ipso malitia  
eo quo ens rationis effectum formale habere potest.*

Cum autem malum non soleat esse intentum ab agente, sed per accidens causatum, ut statim videbimus, non est necesse malum habere causam finaliem. Quia tamen malum poena ad puniendum delicta, atque ad bonum iustitiae potest esse intentum, ut mors furis intenta est a iudice in bonum iustitiae, & ad pacem conseruandam, & mala poena a Deo sunt intenta in peccatum delictorum, & in bonum iustitiae, si, ut bonum sepe sit causa finalis mali.

Quod denique ad causam efficientem attinet, di-

*Mali causa  
efficientia.*

cendum est. Bonum esse causam mali, non per se, sed per accidens: quo pacto agentia naturalia, dum intendunt generationem quorundam entium, efficiunt per accidens corruptionem priuationemque

*Mali causa  
in primis  
causam mali  
causam.*

quorumdam aliorum, qua corruptiones & priuationes mala quedam sunt comparatione eorum, qua priuantur bonis suis, id est, entitatibus sibi debitis, quibus perficiebantur. Quoniam autem Deus indidit naturam propensam ad generandum, & tam, ut ex directione ipsius primae causa generati-

*Mala causa  
non faciat  
causam.*

nem intendat, cum qua corruptio, qua malum est alterius rei, coniungitur, inde est, quod malum, &

*causam in primis  
causam.*

corruptioni rerum naturalium, reducatur etiam in primam causam dirigentem naturam, efficientemque per accidens ea ratione malum, dum per se intendit bonum corum, qua generantur, totiusque vniuersi, quod vt perfectum sit, confite etiam debet entibus corruptioni, & defectui obnoxii. Defectus naturales, quos in peccatum originalis patimur, non solum in causas secundas, que dum alia bona intendunt, per accidens in nobis haec mala efficiunt, sed etiam in primam causam reducuntur, tamquam in id, quod in peccatum originalis iustitiam originalem, qua mala ea prohibebatur, remouit. Reducuntur etiam in causam primam, quatenus eam rebus naturam indidit, ex qua per accidens sequuntur eiusmodi defectus & mala.

*Mala causa  
per accidens  
reducuntur.*

Causa præterea naturales sunt etiam interdum causa per accidens mali, propter superueniens impedimentum, idque totidem modis. quot 2. Physicorum explicauimus monstra ex causis naturalibus peraccidens evenire.

*Mala causa  
per accidens  
reducuntur.*

Malum culpæ non reducitur in causam primam, sed in causam secundam, quam Deus suarum actionum dominum per liberum suum arbitrium constituit, indeterminatam ac indeterminatum vbonum, ac malum eligeret. Dum autem liberum arbitrium actionum efficit contra legem Dei, per accidens priuat se conformitate ad legem Dei, efficitque per accidens malum culpæ. Dum item actum omittit, quo legi Dei tenebatur se conformare, est etiam causa per accidens priuationis conformitatis ad legem Dei, quam per eum actum habere debebat, & per consequens causa est per accidens culpæ.

*Mala causa  
per accidens  
reducuntur.*

Ex his omnibus constat, vanum esse illorum errorum qui dicebant, duo esse prima principia, alterum bonorum, & alterum malorum: malum namque non habet causam per se, sed bonum causa est per accidens illius. Vide quæ diximus in Con-

*Mala causa  
per accidens  
reducuntur.*

cordia quæstione 14. articulo 13. à disputatione

29. tum etiam quæstione 19. art.  
ticulo 6. & 9. & quæ-  
stione 22. arti-  
culo 2.

*Mala causa  
per accidens  
reducuntur.*

## Quæst. xlvi.

530

culpæ. Sicut enim præmium correspondet merito, A estque bonum quocumque propositum, ac respondens merito, sic etiam poena correspondet culpa, estque quocumque malum, quod infligitur, aut permititur in vitionem ac punitionem culpæ: quare una culpa, quatenus à Deo permittitur in vitionem alterius, Deo in vitionem subtrahente auxilia, quibus uitetur, dicitur etiam poena alterius culpa. Non ergo necesse est duo illa membra, malum videlicet culpæ, & malum poenæ, esse opposita, nisi solùm formaliter. Præter illa autem duo membra, datur tertium, quod cum illis diuidit etiam malum in commune, appellari que confinevit malum, quod est defectus naturæ, quo pacto præatio frigoris est malum aquæ. Respectu autem hominis, quia omnes defectus naturæ, quos patitur, effectus sunt ac poena peccati originalis, sufficienter diuiditur malum, in peccatum & culpam.

Ipsid etiam obserua, quocumque malum, sive transcendens, sive latius sumptum, ut opponitur bono, quod est obiectum voluntatis, dummodo redundet, quois modo in peccatorum, esto sit in brutis, aut rebus ratione carentibus, fortior posse rationem mali poenæ, si tamen vel permititur vel infligitur, propter culpam. Hac ratione incendia dormorum, destructiones agrorum, & mortes bestiarum, fortior possunt rationem mali poenæ, quatenus in peccatores redundant.

Circa difficultatem illam, quæ in art. 6. disputatur, sitne malum poena maius malum, quam malum culpæ, dicendum est: Malum culpæ esse maius malum quois alio, quod culpa non sit. Ratio est, quia cum sit transgressio legis, & voluntatis Dei, est subinde offenditum diuinæ maiestatis ei displicens: inde verò tantum malum contrahit & tam superioris ordinis in genere mali, etiam si veniale sit, ut nullum aliud malum ei æquari comparari que valeat, cum nihil ex suo genere plus vitare debeat, quam Deo displicere, eumque offendere. Itaque malitia peccati, non ex bono ordinis ad rectam rationem, & legem Dei, quod in nobis priuat penitentia metienda que est, sed ex eo, quod adiunctum habet, nempe displicere Deo, ipsumque offendere, quod supremum est malorum, prout malum obiectum est voluntatis quoad nolitionem: quippe cum id effugi debeat supra omnia alia. Quia ergo peccatum ex hoc capite contrahit rationem essentialiē supremi ordinis malorum, inde est, ut sicut, quanvis homines in infinitum multiplicentur, numquam æquari possunt Angelo in perfectione essentiali, eò quod Angelus semper sit altioris ordinis: sic etiam nulla alia mala, quantumvis multiplicentur, æquari possint in malitia minimo malo culpæ & offenditæ Dei, quæ altioris est ordinis quoad malitiam. Difficultas, quam tangit Diuus Thomas in 4. art. & quedam alia quæ hoc loco dici poterant, prima secundæ copiosè disputantur.

## QVÆSTIO XLIX.

De causa mali.

### DISPUTATIO VNICA.

*Mali causa  
materialis  
est bonū sub-  
iectū in quo  
ercentur.*



V M omne malum in bono sit tamquam in subiecto, ut quæstione præcedente ostensum est, consequens est, ut causa materialis mali sit bonum: eo modo, quo priuatio subiectum, & causam materialem habere potest.